Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26260
Copyright: Admont, Benediktinerstift

34

peregrinorum & rel. Quod de extraneis in ecclesia incurrat circumcidat
omne masculinum. i. emundet se ita ut nichil femineum sed omnia ui
rilia animo insideant eritque dignus coetu christi. SS Si quis autem
circumcisus non fuerit & rel. Qui se ad diuinum panem non purgat ac
cipiendum exceptum se salutis nouerit relinquendum. scilicet
cui ad hoc tempus commendatur. SS Eadem lex erit indigene & colono.
7 rel. Pariter indigena iudeus scilicet qui uelut in ipsa scientia
natus est legis & gentilis qui extrinsecus adductus si in una fide sunt
adiuncta destinantur aeterna quia sicut beatus petrus ait. in omni
gente qui timet deum acceptus est illi. SS Sanctifica mihi omne primogenitum
.i. sanctum decerne. cum hoc unicus in nostra ultione percusserim.
Omnis autem operis boni inceptum tale esse debet ut sanctum coram domino os
tendatur. & insipientibus & simplicibus quasi de hominibus & iumentis.
Mementote diei huius & rel. Reminiscatur unusquisque fidelis qualiter in
baptismate de mundo. i. peccato & diabolo liberatus. & seruitutis
domo ereptus sit. Ei. ii. ut apostolus ait cui quisque obedit. eius & seruus
est. Si quis ante baptismum per peccatum seruierit morti. habeat in
memoria qualiter restitutus sit uite. SS Quomodo in manu forti eduxit
uos 7 rel. Manu forti nos liberauit. qui ipsum diabolum triumphauit.
non est mundi potestates pugnauit. SS Hodie mense nouorum
& rel. i. nysan quando hiemps preterit. Veris exordio quando terra
parturit & cuncta renouantur. Luna .xv. pleno mensis lumine.
In nouitate autem uite oportet nos post baptismum incedere. quod ple
nius docet apostolus. SS Cumque te introduxerit dominus in terram 7 rel. Alle
gorice sancti in terram repromissionis ducuntur. du ut sui iuste pnci
pent domino iuuante perficiunt. Anagogice uero ipsorum in celestem